



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

77 Sacerdos superstitiosus est deponendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

75 Nondò, † nullum aliud opus ad eò sanctum, ac divinum à Christi fidelibus tractari potest; quam hoc ipsum tremendum mysterium quo vivifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus, in altari quotidie per sacerdotes immolatur, ut per concil, in dict. decret. de observ. & evit.

76 Idèdò, † si quis sacerdos super rebus apertis ad sortilegia, adhibitis verbis superstitionis, & nefarijs precibus, aut dolo Misfam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis celebraverit hominibus, ut is, pro quo offert sacrificium, mortis periculum incurrat, est deponendus, cap. quicumque, 26. quest. 1. Abb. in cap. quidam, numer. 2. de celebr. Miss. & Gril. de sortil. quest. 14. num. 1 & 2. Et licet distinguatur circa qualitatem personæ celebrantis, ut per eundem Gril. ibi n. 3. hisce temporibus post sacra concil. Trid. plura edicta contra talia patrantur fuerunt edita & ab Ordinarijs locorum, & Inquisitoribus publicata ad mentem ejusdem concilij eodem decret. de observ. & evit. §. postremo.

77 Quapropter sacerdotem, quem purâ, & mundâ conscientia esse decet, de hujusmodi crimine convictum, Ordinarius arbitrio suo punire potest, ut in dict. decreto de observ. & evit. in fin. Arbitrium verò ad depositionem potest exercere, & est sententia Theologorum quòd supersticiosus clericus sit deponendus & in monasterium tradendus, ut tenet Sylvest. in summa, in verb. superstitio §. undecimò<sup>81</sup> quaritur.

78 Decimò † sacerdos in Missæ celebratione sacrificium offert, non solum pro se ipso, sed pro vivis, & defunctis, cap. pen. de

consecratione, distinct. 1. Et qui celebrat, & non sumit corpus, & sanguinem Domini, in eo, in quo deliquit, punitur, quia per annum est à communione suspensus, capitulo relatum, §. nonne, de consecratione distinct. 2. aliisque pœnis juris, juxta qualitatem causæ, quia motus fuit ad hujusmodi delictum committendum, est plectendus, † Et in simili, in quo delinquant, civitates puniuntur, quæ Præsules necare præsumunt, quia Episcopali dignitate in posterum carere debent, cap. ult. §. egeat, 25. quest. 2.

80 Undecimò, † cum omni munditia sacrificium Missæ debet celebrari, & calices, corporalia, & purificatoria ne interdum aliquibus sint horrore, munda esse debent, cap. 2. de cust. Eucharist. Celebrans autem cum calice, & corporali, vel purificatorio immundo, inquit Graff. quòd mortaliter peccat, ut in decis. aur. 6. 42. n. 3. par. 1. lib. 2.

Cujus opinionem non puto veram, quia in montanis, & villis à civitatibus valde remotis, quandoque sine sacerdotum culpa purificatoria, & corporalia munda haberi non possunt, & sine culpa mortale peccatum non committitur. Quando autem obligentur sacerdotes, & an, ac quando eadem die plures Missas possint celebrare, & de defectibus Missæ copiose scriptum idem Graff. in decis. c. 39. 40. 41. cum pluribus sequ. d. par. 1. lib. 2. & Navar. de pec. cl. quoad. ord. c. 25. tit. 3.

† Celebrare enim missam non licet, nisi matutinis solutis, aliàs celebrans peccat, nisi ex aliqua legitima causa illis non solutis, quis celebraret, ut si Parochus ad eò in audiendis pœnitentium confessioni-